



**D**e Surianis qui Ierosolimis et locis illis manentes etiam se  
asserunt esse xpianos.

**Q**ueterum sunt etiam Ierosolimis quidam alij Suriani appel-  
lati a ciuitate Sur quondam feminenti vt aliqui dicunt. Vel  
Syriani a pronincia Syrie a qua et syri nominantur. Hij  
in terra orientali sub diuersis regibus et principibus sarrace-  
nis atq; barbaris inigo seruitutis opprimuntur ab oltim. semp tributarij  
et serui. homines inbelles et profus incepti ad prelia. vtpote timidi et  
formidolosi. vnde nec arcibus vtuntur aut sagittis vt ceteri. sed ad agri  
culturam et alios inferiores labores sunt aptiores. Sunt etiam ex ma-  
gna parte heretici. homines dolosi. duplices animo atq; mendaces. ami-  
ci fortune et ad munera accipienda promptissimi. Furtum et rapinam  
quasi pro nichilo habent. Secreta xpianorum vbi possunt ad infideles  
proditorie deserunt et sarracenos. inter quos nutriti et comerti didice-  
runt opera eorum mala. Uxores suas more sarraceno diligentissime  
inclusas custodiunt. et tam ipas q; filias suas in publicu non sinunt exi-  
re nisi linteaminibus inuolutas. velatasq; panno nigro super facies  
suas. ne ab alijs videantur. Q; eorum filie adeo custodiunt accurate. vt  
non nisi desponsate a maritis prima nocte copule transacta possint vi-  
deri. quemadmodu et sarraceni circa filias suas itidem seruant. exemplo  
patriarche Jacob qui ad rachelem se existimas ingressum expletis nu-  
ptijs mane reperit lham. Hij Suriani. grecoru institutiones ritus et